



**Clypeus Theologiæ Thomisticæ**

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Volvminibvs Comprehensvs

Tractatus de Beatitudine, de Actibus humanis, eorumque Moralitate, de  
Virtutibus ac Donis, de Vitiis ac Peccatis, & de Legibus, nec-non  
Dissertationem Theologicam de Probabilitate

**Gonet, Jean-Baptiste**

**Coloniæ Agrippinæ, 1671**

Art. VI. Vtrum authoritas unius tantum Doctoris sufficiat ad reddendam  
opinionem in materia morali probabilem, & in praxi tutam?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78232](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-78232)

ton. 17. Si difficile & ambiguum apud te judicium est. A se prospexeris, & iudicium extra portas tuas videris verba variari, venies ad Sacerdotes, & ad iudicem qui fuerit illo tempore, & facies quacumque dixerint, sequerisque eorum sententiam. Quia tamen ut refert D. Ambrosius in cap. Iudicet 3. quæst. 7. Bonus iudex nihil ex arbitrio suo facit, & non domestica proposito voluntatis, sed juxta leges & iura pronuntiar; si etiam respectu ejus res profrus ambigua sit, & non possit eam certò dirimere, debet vel abstinere à iudicio, vel dividere sententiam, propter conflictum argumentorum (ut fecit Salomon, cum iudicavit puerum à cœbus mulieribus sibi oblatum esse dividendum; licet enim id egerit tentandi gratia, erat tamen secundum se conforme regulis justitiae) vel tandem partes ad concordiam reducere, ut latius prosequitur Fagnanus ex ipso corpore juris, vel ex aliis Jurisconsultis, in cap. citatum, Ne in nitatur, num. 231. 235. & 244.

304 Ex his regulis & principiis juris confutatum manet perversum novorum Casuistarum dogma, quo assertur, stante æquali utrinque probabilitate, iudicem posse adjudicare rem cui maluerit. Ita Caramuel lib. 3. Theol. moral. num. 1467. ubi agens de litigantibus, quorum neuter rem controversam possidet, ait: *Si æqualis probabilitas est, potest iudex rem adjudicare cui mavult.* Tamburinus etiam lib. 1. in Decal. cap. 3. §. 4. num. 2. licet oppositum doceat, subdit tamen: *Propter extrinsecam bonorum Doctorum autoritatem, assertum in hoc casu posse iudicem pro amico, si maluerit, sententiam pronuntiare, potest id ut probabile, si velut, amplecti.* citataque pro hac sententia Sanchem, & Franciscum Delugo. Addit Fagundes apud Escobarium tract. 3. exam. 2. cap. 6. num. 111. ipsum in tali casu posse aliquid ab una partium accipere, ut sententiam in ejus favorem ferat; quia (inquit) stante æquali utrinque probabilitate, potest cuiuslibet parti dare victoriam: quare datur locus gratificationi, que est pretio estimabilis, utpote que plerumque cum iactura amicitie alterius partis conjuncta est. Qxa doctrina non solum est falsa, & legibus ac regulis juris repugnans, sed etiam reipublica perniciosa. Nam ut belle a Sinnichius libro supra citato §. 110. Quid perniciosius, quam forum iudicationis verti in forum nundinationis, emungi à iudicibus crumenas divitum, arceri pretensiones pauperum? Cum enim hi non habeant quid retrahant, in causa probabili cadent in totum; in causa dubitabilis, differunt in eorum, aut quod peius est, iudicium subiungunt iniquum. Unde Isidorus lib. 3. sent. cap. 52. loquens de iudicibus inquis, sic ait: *Gravis lacerantur pauperes a pravis iudicibus, quam à cruentissimis hostibus.* Nullus enim predo tam cupidus in alienis, quam iudex inquis in suis. Latrones inaccessis faucibus ac latebrois latentes, infideli ponunt: iibi palam rapacitatu avaritiæ servunt. Hostes in alienorum tantum sanguinem intendunt; iudices quasi crudelissimi carnifices civium, oppressione suâ subjectorum visam extingunt.



## ARTICULUS VI.

Vtrum authoritas unius tantum Doctoris sufficiat ad reddendam opinionem in materia morali probabilem, & in praxi tutam?

A Esuriant communiter recentiores Casuistæ, qui ut recte observavit Joannes Sinnichius libro supra citato §. 354. in mutuas crebro solent excurrere laudes, libique invicem accinere: quod eo fine facilitare videntur, ut majorem sibi invicem autoritatem concilient, sicutque suis opinioribus probabilitatem comparant. Cum enim duplex ab eis distinguitur probabilitas, intrinseca scilicet seu rationalis, qua sumitur à ratione, & extrinseca seu authenticæ, qua petitur ab authoritate; ubi vident deesse suis commentis primam, student procurare saltem secundam; atque ob hunc finem prouumpunt in mutuas laudes, ut quisque eorum laudatorem directè laudando, laudet ipsum, saltem reflexe, sicutque suis opinioribus umbram quandam probabilitatis ab authoritate procuret, quam denegari certa ratione.

Id declarat idem Author exemplo Caramuelis & Diana, quorum prior in quadam ad posteriorem Epistola, præludio Theologie fundamentalis inserta hæc ei scribit: *Quia longissima abusum ab omni adulatio genere patere ut aliquid liberis & sinceris verbam. Laudans te & agunt viri dolti, nec eis in Europa Theologus qui fit fadusne, & te careat: si que obnurmuraverint, nulli non sunt, & tota oblocutio amulorum perenni ad columnas Herculis, cum dicunt Diana esse agnum Dei, qui astutus peccata mundi. Addit præterea in eadem Epistola de eodem agno Dei: Certissimum tanto illius dogmata Theologorum firmari numerorum, ut quoniam an hoc vel illud licet, sufficiat resondere, DIANA DIXIT.*

Potro quid Diana vicissim de Caramueli scripterit, diligenter ab eodem ipso Caramueli collectum habetur ad calcem ejusdem Epistolæ, ubi sic legitur: *Vt videat Lector Caramueli etiam redemari à Diana, has paculas lucas subiungo. Igittur parte 7. tract. 11. refel. 1. finquit Diana: (Nota Lector, quod in tuis gratiam multas opiniones supra dicti Caramueli adducam, quia eis codex non ita facile inventur: & licet aliquando eis opinioribus non adhercam, semper tamen illum honoris causâ nominatum esse volo; et enim vir deissimus, & acutissimi ingenii, & ut alias dixi, non solum scholastica & moralis Theologia, sed etiam politioris litteratura peritissimus, tamen amicissimus vir alios fratres ingenii sui fetus in lucem parat &c.)*

Ex quibus patet illos Authores, ut majorem sibi invicem autoritatem concilient, se invicem laudare, seseque (ut loquitur idem Sinnichius) mutuo scabere, juxta veteris illud adagium ab Erasmo chil. 1. cent. 7. cap. 95. relatum: **MUTUUM MULI SCABUNT.** Quod etiam notavit, & detulatus Episcopus Gandavensis, in Epistola ad Clerum suæ diocesis, in qua de novis illis Casuistis, & laxioris Ethices inventoriis, sic ait: *Hi non solum corrupta natura pruientes aures blanditiis suis dumulent, sed & MUTUO SCABUNT, atque de adiumento aliquo vitium prætextu,*

texta, tanquam de novo colit tractare reposito, sibi in  
venient gratulantur & applaudunt. His præmissis:  
pro resolutione difficultatis propositæ, sit

## §. I.

Conclusio negativa statuitur.

**D**ico igitur: Unius tantum Doctoris suffragium seu authoritas, communiter loquendo, non potest reddere opinionem aliquam probabilem & in praxi tutam.

Probatur primo ex Aristotele 1. topic. cap. 1.  
sic dicente: Probabilia sunt quæ videntur omnibus,  
aut pluribus, aut sapientibus, & sic maximè notis: Sed  
qua uni soli videntur, non videntur pluribus: Ergo qua uni soli videntur, communiter lo-  
quendo, probabilitas non sunt.

Probatur secundò ex D. Thomae quodlib. 3:  
supra citato art. i o. ubi ait: In his que pertinent ad  
falsum, & bonos mores, nullus excusatur, si sequatur  
eroneam opinionem alicuius Magistri: At si com-  
municeret universaliter loquendo, unius Doctoris suffragium efficeret opinionem probabi-  
lem, & in praxi tutam, qui in rebus dubiis, ad  
fidem aut bonos mores spectantibus, erroneam  
opinionem alicuius Magistri sequeretur, excusetur  
à peccato, præsentim juxta novorum  
Casuistarum principia, docentium omne proba-  
bile, probabilitate quantumvis tenui ac debili,  
excusare: Ergo juxta D. Thomam,  
unius tantum Doctoris suffragium non potest,  
communiter & regulariter loquendo, reddere  
opinionem aliquam probabilem, & in praxi  
tutam. Unde Lactantius supra sententia: Ne tra-  
hiamur auctoritate cuiusquam, sed veritati potius fa-  
vorem & accelerationem. Nullus hic temeritati locu-  
m aeru[m] sceleris & pena subeunda est, si aut persona  
maris, aut opinio falsa deciperit. Ex quo infert  
Iohannes Simmichius §. 357. intollerabilem esse illam  
Caramuelis adulacionem supra relatam:  
Querenti an hoc aut illud licet, sufficit respondere  
**DIANA DIXIT**: Neque enim (subdit ille) in  
schola Pythagoræ degimus, sed in schola Christi, qui  
nequam dixisse prohibetur, EGO SUM PRO-  
BABILITAS, sed, EGO SUM VERITAS.  
Hujus magisterio discimus arctitudinem via deducentes  
ad vitam, & latitudinem via deducentes ad mortem.  
Porro quod hujus magisterio didicimus, verum esse non  
ambigimus. Prinde quantumvis Diana molitur  
viam cali dilatare, vel viam perditionis angustare,  
non ei credimus, sed Christo possumus aque seruimus; af-  
ferant illam esse artificem, istam vero spacioam.  
Qui enim illam predicavit artificem, & istam spacio-  
am, Deus est, legifer est, veritas est: Diana, quantum-  
libet à Caramuelo laudatus, homo purus est, legifer  
non est, veritas non est.

Probatur tertio conclusio ab inconvenienti,  
quod sequitur ex adversa sententia: Si enim  
unius viri docti & probi auctoritas sufficeret  
ad reddendam aliquam opinionem probabi-  
lem, & tutam in praxi, vel dicendum esset re-  
centiores Casuistas non esse viros doctos &  
probos, vel omnes eorum assertiones esse pro-  
babiles, & tutas in praxi: primum non con-  
cedat Adversarii, cum recentioribus Casuistis  
maxime injuriosum sit: se cunctum verò absur-  
dissimum est: quis enim dicat omnes novorum  
Casuistarum assertiones, quas supra retulimus  
& confutavimus, esse vere probabiles & tutas  
in praxi? Quis afferere audeat licere v.g. puel-

A lex procurare aborsum ante animationem fec-  
tus, ut vitæ infamiam; aut concubinario reti-  
nere concubinam, quando eā re iusta vitam tran-  
sigeret tristius: vel actoria aut reo occidere judicē  
cū ab eo iniqua timetur sententia; aut Judici  
in causa æquali accipere pecuniam ab una par-  
tium, ut sententiam in ejus favorem ferat? Quis  
etiam existimet licere, inducere testimoniū ad ju-  
randum falso, quod jurans quidem putat esse  
verum, ipse verò inducens scit esse falso; vel  
absoluto desiderio cupere mortem patris, ad  
percipiendam ejus hereditatem; & ad vitan-  
dam mortem, vel gravia dama, falso sibi cri-  
men imponere, ac seipsum gladio lingua peri-  
mere; & similia quæ ex Tamburino supra retu-  
limus, & impugnavimus. Quis tandem sentiat  
cum Caramuelo (quem recentiores Casuistæ,  
Luminare majus, & ingeniorum facem, appellant)  
Advocatum posse patrocinari causæ, quam co-  
gnoscit esse injustam; Clericum posse in reci-  
tandis horis Canonis voluntarie distrahi; aut  
quotidie recitare Officium paschale; vel unica  
recitatione Officii, duorum diuinum obli-  
gationi satisfacere; & Monachos omnes à jeju-  
niis lege & onore liberari? Certè hæc ita abur-  
da sunt, ut communis sensus, & communissimæ  
pietatis notiones, ad ea refellenda & aspernanda  
sufficiant. Ea tamen, & plura alia retulimus,  
transglutinare debent Adversarii, vel ab illo do-  
ginate recedere, quo unius viri docti & probi  
suffragium, ad reddendam opinionem probabi-  
lem sufficere afferant.

Nec valet, iudicas, illud quidem sufficere ad 209  
reddendam opinionem speculativæ probabi-  
lem, non tamen ad reddendam illam tutam &  
probabilem in praxi. Hoc enim ex ipsis novorum  
Casuistarum principiis confutari potest.  
Nam Iohannes Sancius in practicis disp. 54. num.  
11. sic ait: Intelligibile videtur aliquam opinionem  
esse speculativæ probabilem, & in praxi tuto amplecti  
non posse. Speculativæ namque practica à speculati-  
va differt, tanquam effectus à sua causa: id enim  
quod quis opere exequitur iustè vel iniuste, ab eo na-  
scitur, quod scilicet speculativæ iudicavit posse agi li-  
cite vel illicite. Qui ergo arbitrariur speculativæ ali-  
quid licere operari se posse propter rationes probabiles,  
id tuto executione mandare poterit; alias nihil ope-  
rabitur, nec alicius fructus sive momenti erit illa  
speculativæ probabile, si ad opus esset impedita; &  
aque operari posset speculativam opinionem ba-  
bens, & pertimescens operari practicè ex ea, Tantalo,  
poma & aquam ad labia probe habenti, impedito  
tamen eis uti sive frui. Imò Tantalo infelicior esset,  
qui dum bibere exoptabat, nequibat; at probabili opi-  
nione uti pertimescens, omittit operari quod in ejus  
potestate erat efficere. Ex quibus liquet, juxta no-  
vorum Casuistarum principia, non solum esse  
probabile speculativæ, sed etiam in praxi tu-  
tam, quicquid unus Doctor afferit esse proba-  
bile, subinde omnes opiniones Caramuelis,  
Tamburini, Escobarii, & aliorum Recentiorum,  
supra confutatas, tuto amplecti licere; ex  
quo ferè innumera sequuntur absurdita. Unde  
inter novorum Casuistarum assertiones, quas ad  
instantiam Episcopi Gandavenis, Academia  
Lovanienis proscripti, hæcerat vigesima se-  
xta: Auctoritas unius Doctoris probi & docti reddit  
opinionem probabilem. Quam propositionem, ut  
perniciosem, & in materia doctrinae moralis innumer-  
as absurditates invenientem, damnavit.

Advertendum tamen est, me in conclusione 210  
dixisse,

dixisse, minus Doctoris suffragium, communiter loquendo, non posse reddere opinionem aliquam probabilem & in praxi tutam: quia interdum Doctor potest esse adeo clarus, & in Ecclesia celebris, ut ejus authoritas præponderet aliorum multorum rationibus & authoritat. Quare existimo solam D. Thomæ authoritatem posse reddere opinionem vere probabilem, & in praxi tutam: Tum quia ejus doctrina non solum ab innumeris Doctribus & celebrioribus Academias, sed etiam à pluribus Summis Pontificibus fuit commendata & approbata, nominatim ab Alexandre VII. qui nuper in Lævi Apostolico ad Academiam Lovaniensem misso, hujus S. Doctoris dogmata, TUTISSIMA ET INCONCUSSA declaravit; ut initio hujus dissertationis diximus: Tum etiam quia D. Thomas nunquam absque ratione efficaci, saltem quantum materia patitur, vel sine authoritatibus Scripturae sacræ, aut SS. Patrum testimoniis, aliiquid in medium producit. Unde Gravina noster in suo Cherubim Paradisi, in principio dicit, vocem ejus esse vocem multitudinis, per quam omnes SS. Patres nobis suos sensus exponunt: id est potissimum eniti debemus, ut conformiter ad ejus mentem omnes causus conscientiae resolvamus, & specialiter hanc questionem de probabilitate, qua torus Theologia moralis basis est & fundumentum. Quare non possum satis mirari, quomodo tot Thomistæ, alias graves, pro secundis intentionibus, & entibus rationis, pro indivisibilibus continui, post natura & existentia temporis, & aliis similibus questionibus, quæ nec proficere, nec obesse possunt animarum saluti, pro S. Doctore tanta animi contentione decenter, & vix advertant quid in rebus moralibus, & præfertim in hac gravissima de probabilitate questione senserit! Certe tantò diligentius circa morales materias mens ejus indaganda est, quanto certius scimus ipsum prius in seipso legile, quæ postea aliis scriptis, & præcepta in materia morum aliis tradidisse, quæ à se tanquam ab exemplari diicerat; atque id unum antequam doceret spectasse, quæ ratione viveret, ut ostenderet ceteris quæ leges vivendum esset.

## §. II.

### Solvuntur objectiones.

**II.** **C**ontra nostram assertiōnem objicit in primis Thomas Sanchez in summa lib. I. cap. 9. num. 7. & alii recentiores Casuistæ post ipsum, ut Joannes Sancius, Layman, Filiucus & alii, testimonium D. Thomæ, desumptum ex quodlib. 3. art. 10. ubi S. Doctor (inquit Sanchez) ait Posse quemquam amplecti opinionem quam à Magistro audivit, in is que ad mores pertinent.

Sed totum hunc articulum diligenter & accuratè legimus & relegimus, & hæc verba invenire non potuimus, nec ea certè videre poterimus, nisi Sanchez sua illa conspicilia, quibus videntur ea quæ non sunt tanquam ea quæ sunt, nostris oculis admovere. Nam S. Doctor nihil tate habet in hoc articulo, sed rotum oppotuit: ait enim, ut supra retulimus, In his que pertinent ad fidem & bonos mores nullus excusatur, si sequatur errorum opinione alicuius magistri: in tabulis cum ignorantia non excusat. Ex quo duo patent notatu digna: nimis Sanchem locum

A illum Divi Thomæ adulterasse, vel sicutem alienis aut alienatis oculis legisse; & alios recentiores Casuistæ, qui illum partim sic corruptum & vitatum referunt, Authores non legere, sed absque ullo profructu examine transcribere id quod alii scriperunt, & ut loquuntur Nauvillus supra relatus, Alios sequi, sicut oves alias, vel ut aries, qua unam volantem alia omnes sequuntur.

Objicit secundò Caramuel in Theol. fundam. num. 448. Quicquid testantur quatuor Authores est probabile: Sed ad probabilitatem non requiri quatuor Authores, sed unum omnino sufficere, quatuor testantur Authores, inquit & viginti, aut plures; Ergo opinio unius Authoris est probabilis. Hæc ratio (subdit ille) salutem hucusque caruit.

Sed facile responderetur, quod quando aliqui Doctores assertur ad probabilitatem alicuius sententia sufficere unius Doctoris suffragium, vel loquuntur de Authori adeo clato & in Ecclesia celebri, ut ejus authoritas aliorum multorum rationibus & authoritatari præponderet, qualem diximus esse Divum Thomam, qui unus pro decem trillibus computatur. In Virgilius lib. I. mſtr. cap. 15. ubi lic ait: In dubiis sequens opinionem rationabilem alicuius magistri, cum magister est Doctor & approbat, ut D. Thomas, qui ab aliis ratione aut autoritate non confuerit loqui, est excusatus a peccato. Vel solum volunt opinionem ullam censeri probabilem, quæ unius viri docti & probi suffragio nititur, quando communitas sententia non repugnat, & ab aliis ut improbabilis & singularis non rejicitur; sicut explicant Layman, Filiucus, & alii: opinio vero, quæ asserit unum Authorem per se ad probabilitatem alicuius sententia sufficere, repugnat communis Doctorum sententia, & ab illis non solum ut falsa, sed etiam ut improbabilis, inquit & pernicioſa, & innumeris absurditatis in materiam doctrinæ moralis invehens, rejicitur, ac reprobat, ut pater ex Censura Doctorum Lovaniensium supra adduxta. Unde licet ab aliquibus recentioribus Casuistis probabilis & tut in praxi existimet, ut talis censeri non debet.

**D** Maximè quia eum illi Casuistæ in tam multa deliraverint, & in tam horrenda incidentia opinionum portenta, quæ supra retulimus, in quibus manifesta depravatio rationis apparet, meritò in aliis etiam minus manifestis, corrupti judicii suspecti sunt, subindeque eorum authoritas non sufficit ad reddendam probabilem & in praxi tutam opinionem illam, quæ ad probabilitatem alicuius sententia, unius tantum Authoris suffragium sufficere asseverat.

Addo quod, licet authoritas decem vel quindecim Doctorum sufficiat ad reddendam probabilem opinionem circa materiam aliquam particularem, non tamen in questione de opinione probabili, ut sic: quia ipsa est fundamentum doctrinæ moralis præcipuum; ad principia autem præcipua Theologiae moralis stabilienda, major requiritur authoritas, & numerus Doctorum, quam ad reddendam probabilem opinionem, quæ circa materiam aliquam particularem versatur: sicut in politicis videmus pro majori vel minori momento rerum judicandarum, majorem vel minorem requiri. Judicium numerum, & leges fundamentales regni non posse, nisi a generalibus illius comitii statui vel abrogari.

Objicit tertio: Si aliquis homo simplex & ignorans

ignarus dubiter an aliquis actus licitus sit, A potest consulere Parochum, vel Confessarium, aut alium virum doctum ac probum, & tutam conscientiam ejus consilium & resolutionem sequi, juxta illud Deuteron. 32. Interroga Patrem tuum, & annuntiabit tibi, Majores tuos, & dicent tibi. Unde Albertus Magnus relatus a D. Antonino i. p. tit. 3. cap. 10. §. 10. hæc scribit: Frater simplex, vel quilibet homo, cum salute potest sequi in consilio quamcumque opinionem voluerit, dummodo alius Doctor magni opinionem sequatur. Et Joannes Major in prol. 4. sent. si habet: Mercator autem & rudis nescit inter eorum opiniones discernere, qui rationabilis loquuntur, sed sufficit ei credere doctis afferentibus, qui nolunt seipso damnare, sed cupiunt prodefere, & bene dicere. Ergo unius viri docti & probi authoritas sufficit ad reddendam opinionem aliquam in materia morum probabilem.

Respondeo, concessio Antecedente, distinguendo Consequens: Sufficit ad reddendam opinionem aliquam probabilem simpliciter & absolute, nego: secundum quid & respectivè, respectu scilicet alicuius particularis idiotæ & ignari, concedo. Nam ad probabilitatem illam respectivam, non solum unius viri docti & probi authoritas, sed etiam unius rusticæ aut mulierculæ testimoniū interdum sufficiere potest: si enim puer aut puerilla rustica dubitat an aliquid licitum sit, & Parochum aut Confessarium adire non valeat, potest interrogare parentes, & eorum consilium tutam conscientiam sequi; quia licet eos forte tunc errare contingat, puer ac puerilla eis obtemperans ratione ignorantia invincibilis, excusatitur à peccato, ut articulo sequenti patet. Unde quando queritur, an unius viri docti & probi authoritas sufficiat ad reddendam opinionem probabilem, non est quæstio de probabilitate respectiva & secundum quid, sed de absolute & simpliciter tali, quam non solum idiotæ & ignari, sed etiam docti & sapientes, tutam conscientiam sequi possint.

Ex dictis hactenus facile intelliges, laxiores Probabilistas vix posse excusari à tribus peccatis ad quæ homines inducunt. Nam primum eos amovent à studio veritatis, dum ex delectu minima probabilis, illos docent se & tari quæ minus ad veritatem accedunt. Secundum ab odio peccati super omnia detestandi retardant, dum eos periculo Deum offendendi exponunt. Tertium à rebus efficacioribus consequenti falsum eos elongant. Atque his tribus tulitis, quibus Christus summe gloriatur, in Evangelio, dum ait: Ego sum veritas, via & vita, sè valide opponunt. Nam ut veritas, vult nos ab errore quæ possumus diligentiam recedere. Ut via, operat nos ab omni specie peccati abstinere. Et tandem ut vita, cupit nobis remedia efficacissima ad turpia vitanda exhibere: haec de cattifal videtur in mundum istum advenisse, ut vitam abundantius habeant. Ut eleganter ait P. Vincentius Baronius in sua Theologia moralis adversus laxiores Probabilistas.

## ARTICULUS VII.

Anprobabile falsum, quod invincibiliter creditur esse verum, a peccato excusat?

Probabilitatum monstrat, & novorum Casuistarum laxitates, præcedentibus articulis confutavimus: hic nobis cum Jansenianis pugnandum est, ipso & quaque excessus in materia de probabilitate, ex D. Augustini, & Angelici Doctoris principiis corrigendi & amputandi sunt, ut veritas, quæ telle Novatianæ, inter duos errores, ut Christus inter duos latrones, media pendat; clarus elucescat, & de utriusque Adversarii gloriose triumphet. Unde sit

## §. I.

Reservatur ac refellitur singularis cuiusdam Recentioris sententia.

**Q**uidam Recentior, sib nomine Wilhelmi 217 Wendrochii Salisburgensis Theologi, in dissertatione Theologica de probabilitate quam ad calcem quintæ Epistolæ Ludovici Montaltii subjecit, singularem & improbabilem habet de probabilitate opinionum sententiam. Existimat enim nunquam licere uti opinione probabili, nullumque probabile falso, & à lege externa discordans, excusat à peccato, et si talis falsitas, & cum lege divina contrarie, invincibiliter ignoratur: quia (inquit) licet ignorantia invincibilis juris positivi à peccato excusat, non tamen ignorantia invincibilis juris naturalis; cum hæc ut pena peccati originalis, non verò illa.

Hæc opinio non minus displaceat quam prædens, que omnem probabilitatem, quantumvis tenuem, ad restitudinem humanorum actuum sufficere putat, & sententiam minus probabilem, in concursu probabilioris, eligi posse existimat: sicut enim hæc recentiorum Casuistarum assertio jugum Christi nimis emollit, & pulvillo, seu cervicalia sub capite hominum ponit, ut mollii in suis negligentiis dorminent & quiescent; ita & illud Janseniorum dogma plus & quo illud exasperat, & pharisaico more, onera humeris hominum imponit importabilia, duramque nimis ac inevitabilem in eos invehit peccandi necessitatem. Unde sapienter ait Illustrissimus D. de Marinis, Avenionensis Archiepiscopus, in Commentariis quæ nuper edidit in 2. partem Summae D. Thomæ quæst. 19. art. 6. cap. 6. in fine: Theologus ad recte in hoc arduo negotio incendum, in rebus moralibus, moralem & non mathematicam certitudinem requirat, & unam ab altera discernere solet, juxta advertentiam Cajetani in sua aurea Summula, dum de opinionis usi licito & illicito loquitur. In quo quantam capere possumus, aliqui qui nostris temporibus scripserunt, salvâ pace, hallucinari videntur; volentes enim interdilectionem certe aliquorum in hac parte licentiam repellere, ad alium extremum, zelo transferti declinant. Ut ergo huic prudenti consilio obtemperemus, & non minori studio & cautela Janseniorum excessus, quam novorum Casuistarum laxitates devitemus:

Dico primum: Dum homo tenetur operari,

Qq

potest